GREGORIUS PP XIII.

Universis christifidelibus p̃ntes literas inspecturis salutem et ap̃licam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem caelestibus Eccliæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusq; sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis ac Sanctissimo eucharistiæ Sacramento refectis, qui Eccliam beatæ Mariæ del Pilar nuncupatam Hospitalis Regij civitatis Ispalen̄, in festo Conceptionis eiusdem beatæ Mariæ virginis, à primis vesperis, usq; ad occasum solis eiusdem festi singulis annis ad Decennium devote visitaverint, et ibi pro christianorum Principum concordia, ac haeresum extirpatione, Sanctæq; matris Eccliæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint. Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. P̃ntibus post dictũ Decennium minime valituris. Volumus autem, quod si aliàs christifidelibus dictam Eccliam visitantibus aliquam aliam Indulgentiam ppetuò, vel ad certum tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, eædem p̃ntes nullæ sint. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris. Die .x. Augusti. M.D.lxxxiiij. Pontificatus Nri Anno Tertiodecimo.

Cæ: Glorierius

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

Ispalen.

DIPUTACION PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 765
Hospital de los Inocentes, leg. 5